



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

[Charitas Dei erga suos]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



Abab, voluit, & cum Leah & Raab, appetiuit. Hinc Græci pro 7 substituerunt, & dicunt ἀγάπη ἀγάπη, amor, ἀγάπη charitas, dilectio, quæ vox passim in nouo Testamento legitur, vbi etiam de φιλαργία Dei mentio fit, Tit. 3.4. Et viscerum misericordie seu charitatis Diuina meminit Isai. c. 63. ver. 15. & Zach. Luc. 1. 78.

Charitas in Deo nullam denotat passionem vel affectionem, sicut in hominibus, qui in affectibus multum impuritatis admixtum sentiunt & demonstrant: sed tres res omnino perfectas in Deo significat. 1. Aeternam beneuolentiam erga aliquem. 2. Beneficentiam actuale, i. ipsa charitatis effecta, siue temporaria sint, siue eterna & ad meliorem illam beatissimamque pertinentia. 3. iudiciæ seu complacentiam & oblectationem in aliqua re: quoniam qui amat aliquid, eo etiam oblectatur: illudque gratum & charum habet.

Priores duas charitatis significationes verbi φιλία confirmat definitio, quam Aristoteles, Cicero & alij tradunt. Est (inquiunt) aliquid velle, quod putes illi esse bonum: & pro virili bonum illud, illi præferre: idque non tua, sed illius duntaxat causa. Hæc omnia Deo perfectissime conueniunt.

SENTENTIAE BIBLICAE

Charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Rom. 5.

Commendat suam charitatem erga nos Deus, quod quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Roman. 3. 26.

Charitas Dei sit cum omnibus vobis. 2. Corinth. 13. 13.

Deus propter multam charitatem suam qua dilexit, nos vna viuificabit nos per Christum. Eph. 2. 4. 6.

Videret qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. 1. Job. 3. 1.

Ceius est charitas. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quod filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. 1. Jo. 4. 8. 9.

In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum, vt esset propitiatio pro peccatis nostris. 1. Jo. 4. 10.

Charitas Dei expleta est in nobis. 1. Jo. 4. 12.

Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. Jo. 4. 16.

Charitas Filij Dei erga suos.

Introduxit me rex in celam vinariam: ordinauit in me charitatem. Cant. 2. 4.

Mediani lectuli partem rex charitate construit propter filias Ierusalem. Cant. 3. 10.

Aque multe non poterunt extinguere eius charitatem, nec flumina obruent illam. Cant. 8. 7.

Recordatus sum tui & charitatis sponsaliorum tuorum. Jer. 22.

In charitate perpetua dilexi te. Jerem. 31. 3.

Traham eos vinculis charitatis. Ose. 11. 4.

Quis nos separabit a charitate Christi? Rom. 8. 35.

Charitas Christi confringit nos. 2. Cor. 5. 14.

Cognoscere charitatem Christi omni cognitione superiore. Eph. 3. 19.

Charitas Spiritus sancti.

Precor vos per charitatem Spiritus, vt adiuuetis me. Rom. 15. 30.

EXEMPLA SACRA

Adamus & Eva, Genes. 3. erecti post lapsum.

Ex filijs eorundem quotquot vitæ æternæ per & propter filium Dei & ad præparatam sunt participes. Contulit Deus omnes sub peccato: vt omnium miseretur. Rom. 11. 32.

Dauid 2. Sam. 12. 13. Psal. 51. 19.

Manasses rex. 2. Chron. 33. 11. 19.

Mulier peccatrix. Luc. 7. 48.

Latro in cruce. Luc. 23. 43.

Saulus Ecclesie persecutor, postea factus ouis, pastor, doctor & Apostolus Gentium. Act. 9. Rom. 1. Gal. 1. 2. Ec.

Addo typos, parabolas, seu hieroglyphica dulcissima filij prodigi, ouiculæ & drachinæ perditæ charitatem suam in his depingit Christus. Similitudines item non omittendæ videntur, quæ idem tradunt, puta pastoris, nutricia quæque pullitiam suam portantis, gallinæ, Leonis, &c.

PATRYM SENTENTIAE

Nos si quis roget quodnam sit quod colamus atque adoremus, promptum est respondere, quod sit charitas. Et enim, vt a Spiritu sancto pronuntiatum est, Deus noster Charitas est, eoque nomine, magis quam quouis alio, delectatur. 1. Jo. 4. 19. 14.

Quorquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quid enim hac potestate altius quid hac altitudine sublimius dici potest, in qua creatus quisque efficitur filius Creatoris? Greg. Mag. in Ezech. homil. 6.

Nullus supernæ adoptionis gratiam, nisi per vnigeniti cognitionem accipit. idem in Job. c. 31.

Nihil apud Deum tanto in pretio est, quam charitas: ob quam & homo factus est, & ad mortem vsq; obediens. Iud. Petrus ad. 1. Ep. 10.

Charitas est diuina in Christo ad ignoscendum. August. de sermone charit. 11.

Magnitudo Charitatis diuinæ nusquam non seorsum sistom. in 3. cap. epist. ad Ephes. hom. 7. Hoc curremus dilectum Dei cognoscimus: nempe quæ sit illius laetitia profunditas & sublimitas. Magnum hoc est. Nihil quod proderit: nihil ita compunget, &c. ibid.

Christi Charitas magna est profecto, atque inmensa: ipsum pro inimicis, pro his qui eum oderant, pro aueris, neq; pro amicis, neq; pro filiis, neque pro fratribus Deum hoc fecit pro seruis Dominus, pro hominibus Deum pro immortalis, pro temporalibus sempiternus, pro inimicis filius. Nam si illi antea conuersationis merito ac virtutis minus mirabilis charitas illa videri potuisset. Ecce est humana dilectio accedere potest. Idem in epist. ad Titum.

O bona mater Charitas, quæ siue foueat infirmos, siue prociectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhortationes diligit vniuersos? Quomodo arguit, mitis est, quam simplex est: pie solet seruire, sine dolore muliere, patienti, humiliter indignari. Charitas, hominum malitiam, non solum quæ in terris, sed etiam quæ in celo uiuit. Ipsa est quæ Deum homini placuit, & homine uiuit. Beris. in Epist.

Charitas Dei quædam vitalis est pluuia virtutum, quæ ta voluptas germinat, & operatio sancta fructificat, pro aduersis, temperata in prosperis, humiliter potens afflicta, inimicis beneuola, bonis suis superans malos. Cap.

Nescio si quid maius in laudem tuam dicere possim, quam vt Deum de celo traheres, & hominem de terra leuares. Magna virtus tua, vt per te vique ad inferos Deus, & vique ad summus coelos eleuaretur homo. Vide Dilectio.

Choreæ.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA

CHOREÆ, χορηγία proprie est multitudo canentium, nam multorum uocibus aut concertu consistit. Macrobius tradunt. Secundum Platonem lib. 2. de re publica, id est Lætiis, deducitur. Festus a corona dicitur. At tibus seu fistulis dicti sunt, qui modulatur ad choros, choros fistulas aut tibias inflant; Choraulæ, χορηγία & tripodum significat, uides uero fistulam seu tibiam. Choreæ, à χορηγία Salto, Hebr. Mecholah, à verbo Chalal, bibula cecinit, quod in Choreis fistulæ seu tibie adhiberentur. Choraulatores seu tibicines, Psal. 87. Sit. 2. Chorus, Choreæ 2. 2. 19. Pro tibia (instrumento musicæ) summus, Psal. 150. 4. Pro turba, Nehem. 12. 31. 37. Cant. 6. 12.

Chorearum seu saltationum genera duo in sacris scripturis currunt. 1. Alie enim honeste fuerunt. Exempla cætera in 1. Samuel. 18. 7. & 2. Samuel. 6. 14. 16. Psal. 68. 25. In alia uero turpes. Exempla leguntur, Gen. 34. 1. 2. Ec. Esai. 47. 13. cap. Esai. 3. c. Matth. 14. 6. Marc. 6. 22.

Choreæ seu saltationes ludicæ temporibus Moysi & Dauid uise fuerunt, pro ratione scilicet. Alie enim fuerunt uulgæ mulierum Choreæ. Nam Dauid solus saltat coram domino, non cum matris nisi puellis. Moyses soror Maria interuicium mulieribus saltat ad tympana. Deique laudes ecclesie cantibus sacris Israelitarum uirorum Moyses canticum postuleret, cum singulari pietatis affectu. Mulieres Dauid canunt, vt reportatam de immani hoste populi sancti uictoriam nectis gestibus & sacris uocibus ac instrumentis celebrant. Choreæ cum profanarum gentium infans communitate.

SENTENTIAE PATRYM

Forminæ lasciuæ, Dei timoris oblitæ, ignis æternum pendentes, abiectione seruitutis Christi iugo, capita hinc hinc lamibus impudicæ retere gentes, Deum & eius Angelos ad marium adpectum impudentes diffuse comas, traxerunt ostentantes, pedibus gestientes, oculo perulo ciliis saltationem infantes, inuentus intemperantiam in cantes, ærem meretricis cantibus, terram uero pedibus saltando contaminauerunt, instat theatri cuiusdam admodum teruas sibi circumstantes. Vinum profecto harum illegitimus nobis fecit. Basil. Magnus. Sermon de ebrietate & lasciuia.

Basilio Magno. Si quis adiungat Chrylostom homilias de nuptiis Isaci & Iacobi: homil. 49. in Matth. homil. 1. Epist. ad Coloff. Ambrosium item lib. 3. de uirginibus & contra lit. Petilianis, c. 6. & in Pl. 32. Præterea concilij Laodiceensis adu. Choreas saltationes in celebratione nuptiarum, anno Christi 364. editum ab alio concilio postea in concilio, luculenta aduersus nostri seculi deploranda consuetudo, habet testimonia & indicia.